V. 37-38. *Cujus Sulpitius vitam scribit.* Sulpice Sévère écrivit la vie de saint Martin pendant que cet illustre confesseur vivait encore; voici d'ailleurs le titre de cette histoire dans les manuscrits : *Vita beatissimi Martini Turonensis episcopi, ab ejus discipulo Severo Sulpitio, S. Martino adhuc vivente conscripta, cum epistola authoris ad Desiderium.* Une lettre, écrite par le même Sulpice à sa belle-mère Bassula, complète l'histoire de la vie du saint, en nous donnant des détails sur sa mort. Vers la fin du ve siècle, Paulin de Périgueux a écrit en vers une vie de saint Martin. Les six livres de cette histoire, ou plutôt les six chants de ce poëme sont une source précieuse à plus d'un titre. Ils ont été publiés, dans la bibliothèque Pankoucke, par M. Corpet.

V. 38-39. *Astat Ambrosius sepulturæ.* « Eo quoque die sanctus Ambrosius, Mediolanensis episcopus, missam celebrans super altare, inter prophetiam et epistolam obdormi

vit, et cum nullus eum excitare præsumeret et subdiaconus nisi ipso jubente epistolam non auderet legere, transactis duarum vel trium horarum spatiis excitaverunt eum dicentes : « Jam hora præteriit et populus valde lassus exspectat. « Jubeat Dominus noster, ut clericus epistolam legat. » Ad quos ille : « Nolite turbari ; frater enim meus Martinus ad « Deum migravit et ego ejus funeri interfui et obsequium « præbui, sed ultimam responsionem vobis excitantibus « explere non valui. » Tunc illi diem ex hora notantes, invenerunt sanctum Martinum tunc migrasse ad cœlum. » (*Légende dorée*, loc. cit.)

Voir dans Mone (*Hymni latini*, III, 429-434) quatre hymnes et une séquence sur saint Martin. Mais beaucoup d'œuvres liturgiques restent encore inédites, qui ont aussi ce grand saint pour objet. Comme la dévotion à saint Martin fut très-répandue en France depuis le IVe siècle, et que sa chape fut l'étendard national pendant plusieurs siècles, on peut facilement s'imaginer, on peut juger également, d'après le nombre des églises qui portent son nom, de combien de pièces nouvelles la liturgie dut s'enrichir en son honneur.

LXXXVIII

SAINTE CATHERINE

(25 NOVEMBRE)

NOTICE BIBLIOGRAPHIQUE

I. La prose suivante est attribuée à Adam : 1° *par la notice de Guillaume de Saint-Lô ;* 2° *par les* Annales *de Jean de Thoulouse qui reproduit cette notice en la confirmant ;* 3° *par le P. Simon Gourdan ;* 4° *par le manuscrit* 577 *du fonds de Saint-Victor.*

II. Le texte manuscrit s'en trouve, sous le nom de l'auteur, *dans ce même manuscrit* 577, *et* sans attribution : 1° *dans les missels et graduels de Saint-Victor ;* 2° *dans ceux de l'Église de Paris ;* 3° *dans ceux de l'Église de Troyes, etc. — La traduction manuscrite, qui est inédite, est renfermée dans le manuscrit* 6843[2] *de l'ancien fonds français.*

III. Le texte imprimé s'en trouve sous le nom de l'auteur : 1° *dans l'*Elucidatorium ecclesiasticum *de Clichtove, quatrième partie ;* 2° *dans la* Patrologie *de Migne, t. CXCVI* (proses d'Adam, p. 1422 et ss.) ; 3° *dans les notes du* Rational ou Manuel des divins offices *de Guill. Durand, traduit par M. Ch. Barthélemy, qui a donné aussi une traduction de cette prose en regard du texte* (III, 573) ; 4° *dans les* Carmina e poetis christianis excerpta *de M. F. Clément, qui vient de faire paraître une traduction de toutes les pièces de son recueil* (p. 512).

TEXTE D'ADAM

1

Vox sonora nostri chori
Nostro sonet Conditori,
Qui disponit omnia,
Per quem dimicat imbellis,
Per quem datur et puellis 5
De viris victoria ;

2

Per quem plebs Alexandrina
Feminæ non feminina
Stupuit ingenia,
Quum beata Catharina 10
Doctos vinceret doctrina,
Ferrum patientia.

3

Hæc ad gloriam parentum
Pulchrum dedit ornamentum
Morum privilegia, 15
Clara per progenitores,
Claruit per sacros mores
Ampliori gratia.

4

Florem teneri decoris,
Lectionis et laboris 20
Attrivere studia :

Nam perlegit disciplinas
Sæculares et divinas
  In adolescentia.

5

Vas electum, vas virtutum, 25
Reputavit sicut lutum
  Bona transitoria,
Et reduxit in contemptum
Patris opes et parentum
  Larga patrimonia. 30

6

Vasis oleum includens,
Virgo sapiens et prudens
  Sponso pergit obvia,
Ut, adventus ejus hora,
Præparata, sine mora 35
  Intret ad convivia.

7

Sistitur imperatori,
Cupiens pro Christo mori;
  Cujus in præsentia
Quinquaginta sapientes 40
Mutos reddit et silentes
  Virginis facundia.

8

Carceris horrendi claustrum,
Et rotarum triste plaustrum,
  Famem et jejunia, 45

Et quæcumque fiunt ei,
Sustinet amore Dei,
  Eadem ad omnia.

9

Torta superat tortorem,
Superat imperatorem 50
  Feminæ constantia :
Cruciatur imperator,
Quia cedit cruentator,
  Nec valent supplicia.

10

Tandem capite punitur, 55
Et, dum morte mors finitur,
  Vitæ subit gaudia.
Angelis mox fuit curæ
Dare corpus sepulturæ
  Terra procul alia. 60

11

Oleum ex ipsa manat
Quod infirmos multos sanat
  Evidenti gratia.
Bonum nobis dat unguentum,
Si per suum interventum 65
  Nostra sanat vitia.

12

  Gaudens ipsa videat
  De se præsens gaudia,
  Et futura præbeat,

Quæ dedit præsentia, 70
Et hic nobis gaudeat,
Illi nos in gloria. Amen. 72

TRADUCTION DU XVe SIÈCLE

1

De nostre cuer voys sonnante,
Nostre conditour chante
Qui toutes choses voulu faire,
Qui en batailles se combat,
Qui par femmes hommes abat,
Donnant aus pucelles victoire!

2

Par qui la gent d'Alexandrie
S'esbahi pour la grant clergie
D'une fame et [*pour*] *sa science;*
Quant la beneoite Katherine
Les maistres vainqui par doctrine,
Fer seurmonta par pacience.

3

A la gloire de ses parens
El donna biaux aournemens,
Quar el fu bien moriginée:
Elle est noble en ses ancessours,
Mes plus nobles par saintes mours,
Par plus grant grace à li donnée.

4

Les leçons, le labour
Où el voulu entendre

Ont abessié la flour
De sa beauté très tendre.

5

Les seculieres disciplines
Ele aprist bien et les divines,
Des qu'el iert encor enfant;
Vessel esléu de vertus,
Comme ordure a mis à refus
Les biens du monde tout puissant.

6

Elle a trestout en despît mis,
De son pere et de [ses] amis
Richesse et patrimoine grant;
En son vessel l'uile encloante,
Vierge fu sage et bien prudente,
Ala son espous encontrant.

7

Affin qu'el viengne à bonne heure
De l'advent Jhesu, sans demeure
Au disner vint préparée:
Devant l'emperiere venir,
Elle qui pour Dieu voult mourir,
Fu contrainte et presentée.

8

Chinquante plains de sapience
Fait muez et tenir silence
De la vierge la sagesse:
D'orrible chartre la closture
Et des roues l'engignéure
Fam, jeunes, toute autre rudesce,
Que en tourment on li faisoit,

Pour l'amour de Dieu soustenoit
La vierge plaine de proësce.

9

La constance de Katherine
Seurmonte par vertu divine
Le tourmentant et l'emperiere :
Tourmenté est l'empereour
Quant desfault le tourmenteour,
Riens n'i vault des tourmens matière.

10

En la fin decoller la fist
Et quant par mort [la mort] fenist
Elle entre es joies de vie ;
Les anges de lui prengnent cure,
Qui à son corps font sepulture
En terre autre moult eslongnie.

11

De son tombel ouile decourt
Qui moult de malades secourt
Par evident grace divine :
Elle nous donne bon oingnement
Se, par son doulz deproiement,
Nous donne des pechiez medecine.

12

De soi meïsmes elle esjoïr
Se doit, voiant joie presente :
El nous doint les biens avenir
Qui les biens presens nous presente !
En icest monde elle nous soit joieuse,
Et nous à elle, où elle est glorieuse ! Amen.

NOTES

EXTRAIT DU MARTYROLOGE ROMAIN.

« Le vingt-cinquième jour de novembre... le natalice de sainte Catherine, vierge et martyre, qui, sous l'empire de Maximin, ayant été mise en prison à Alexandrie pour la confession de la foi chrétienne, et ensuite ayant été fort longtemps fouettée avec des escourgées, accomplit enfin son martyre par la perte de sa tête. Son corps fut miraculeusement porté par les Anges sur le mont Sinaï où il est honoré par un grand concours de chrétiens. »

V. 13-18. *Hæc ad gloriam parentum, etc.* « In Alexandria civitate puella nomine Katherina, filia Costi regis erat, quæ post mortem patris remansit in palatio cum parentibus suis. Hæc itaque litterarum studiis tradita quantum gloriosa genere, tantum inclyta sagacitate pollebat. » (*Légende de sainte Catherine* au Bréviaire de Langres.)

V. 19-20. *Florem teneri decoris... attrivere studia...* « Catharina, nobilis virgo Alexandrina, a prima ætate studia liberalium artium cum fidei ardore conjungens, brevi ad eam sanctitatis et doctrinæ perfectionem pervenit, ut decem et octo annos nata eruditissimum quemque superaret. » (*Légende de sainte Catherine* au Bréviaire Romain.)

— « Didicerat enim omnium liberalium artium doctrinam variasque gentium linguas, adeo ut in qualicumque re interrogata fuisset, sophistica ratione præparata inveniretur. » (*Même légende* au Bréviaire de Langres.)

V. 31-36. *Vasis oleum includens.* C'est la parabole des vierges sages et des vierges folles. (S. Matthieu, xxv, 1-13.) Cette parabole fut au moyen âge l'une des plus populaires de l'Évangile ; il est peu de nos cathédrales dont le portail

n'ait reçu comme décoration les cinq statues des vierges folles avec leurs lampes renversées, et les cinq statues des vierges sages avec celle de l'époux, qui est Jésus-Christ. C'est peut-être à Strasbourg qu'est la plus remarquable de ces représentations. On en voit, à Berne, une du xve siècle, qui est sans doute une des dernières qu'on ait faites.

V. *Sistitur imperatori cupiens pro Christo mori.* «Cum [Katharina] videret tantam multitudinem populorum et innumerabiles præparationes sacrificiorum, choros etiam cantantium, Christicolas vero qui inter illos erant plorantes et non audentes confiteri Christum Dominum propter nimiam crudelitatem paganorum, obstupuit valde. Tamen in femineo pectore virilem inserens animum, accipiens secum pueros, introïvit in templum in quo imperator et omnis illa multitudo sacrificabant. Erat enim speciosa valde, incredibilis pulchritudinis omniumque oculis admirabilis videbatur... « Ideo [ait] hoc templum ingressa sum ut imperatori utilius « aliquid dicam... » Miraris, ... [rex], hoc templum manu « artificum operatum; miraris ornamenta pretiosa et vario « opere compta quæ velut pulvis ante faciem venti erunt. « Mirare potius cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis « sunt; mirare ornamenta cœli, solem videlicet et lunam « et stellas; mirare famulatum eorum, qualiter a mundi « initio usque ad finem nocte et die currunt ad occidentem « et redeunt ad orientem nec unquam fatigantur, et cum « hæc animadverteris, interroga et disce, quis sit eorum « omnium patrator; cum autem ipsum, ipso donante, intel- « lexeris, nec similem illi invenire valueris, ipsum adora, « ipsum glorifica et omnes tibi subjectos famulari exhortare « qui habet potestatem corpus et animam perdere in ge- « henna. » (*Légende de sainte Catherine* au Bréviaire de Langres.)

Une partie du passage précédent se trouve textuellement dans la *Légende dorée.*

V. 40. *Quinquaginta sapientes mutos reddit...* « Videns autem Cæsar, quod ejus sapientiæ obviare non posset, mandavit occulte per litteras, ut omnes grammatici et rhetores ad prætorium Alexandriæ festinanter venirent, immensa munera recepturi, si concionatricem virginem suis assertionibus superarent. Adducti sunt igitur de diversis provinciis L oratores, qui omnes mortales in omni mundana sapientia excellebant. Quibus interrogantibus, cur de tam remotis partibus evocati fuissent, Cæsar respondit : « Est apud « nos quædam puella, sensu et prudentia incompara- « bilis, quæ omnes sapientes confutat et Deos omnes dæ- « mones esse affirmat. Quam si superaveritis, cum honore « magno ad propria redibitis. » Ad hæc unus indignatus stomachanti voce respondit : « O magnum imperatoris consi- « lium, qui ob unius degenerem puellæ conflictum sapientes « mundi de remotis partibus advocavit, cum unus ex nostris « clientulis eam poterat levissime confutare. » Et rex : « Poteram quidem hanc vi ad sacrificandum impellere aut « pœnis exstinguere, sed melius judicavi, ut vestris argu- « mentis penitus confutetur. » Cui illi dixerunt : « Adduca- « tur coram nobis puella, ut sua temeritate convicta nun- « quam se sapientes vidisse cognoscat. » Sed cum virgo certamen, quod sibi imminebat, didicisset, totam se Domino commendavit, et ecce angelus Domini adstitit sibi et, ut constanter staret, admonuit asserens, quod non solum ab his vinci non poterit, sed insuper illa ipsos conversos ad palmam martyrii destinabit... Cum igitur virgo cum oratoribus sapientissime disputaret et eos apertis rationibus confutaret, obstupefacti illi et, quid dicerent non invenientes, muti penitus sunt effecti. » (*Légende dorée, de Sancta Catharina.*)

Les cinquante docteurs se convertissent et reçoivent tous ensemble le baptême du martyre. — La Légende du Bréviaire romain raconte les mêmes faits avec plus de simplicité et n'indique pas le nombre exact des docteurs ; elle dit

seulement : « Accersitis undique doctissimis hominibus. » La Légende du Bréviaire de Langres fixe leur nombre à quarante, et ajoute : « Angelica commonitione nimis animata beata virgo stabat intrepida et ad reddendam rationem constanter præperata. Cumque illos agressa fuisset, per ternas philosophiæ partes, scilicet physicam, ethicam, logicam, sapientissime [primatem illorum] superavit. »

V. 43-48. Cette strophe est l'abrégé du martyre de la sainte; la seule *Légende* du Bréviaire Romain nous explique ces mots : *Famem et jejunia*, quand elle dit : « Maximinus blanditiis ac promissis Catharinam de sententia deducere aggreditur; verum id frustrum fieri intelligens, verberibus affectam plumbatisque contusam *dies undecim sine cibo ac potu inclusam tenet in carcere.* » Quant à la roue, *rotarum triste plaustrum*, toutes les légendes abondent en détails : « Tunc imperator indignatus ait : « E duobus unum « tibi elige; aut sacrifica ut vivas, aut exquisita tormenta « subi ut pereas. » Et illa : « Quæcumque tormenta potes « cogitare, ne differas, quia carnem et sanguinem meum « Christo offerre desidero, sicut et ipse pro me se ipsum « obtulit : ipse enim Deus meus, amator meus, pastor et « sponsus unicus meus. » Tunc quidam præfectus furenti regi suasit ut intra triduum quatuor rotas serris ferreis et clavis acutissimis circumseptas præpararet, ut eam tam horribile tormentum dissecaret et cæteros Christianos tam diræ mortis exemplum terreret; ordinatumque est ut duæ uno ordine volverentur, duæ autem contrario impetu agerentur, ut illæ deorsum lacerando contraherent, illæ repugnantes sursum devorando impingerent. » (*Légende dorée*, loc. cit.)

V. 55-57. *Tandem capite punitur.* « Data igitur super eam sententia, decollari jubetur. Quæ cum ad locum deducta fuisset, erectis in cœlum oculis oravit dicens : « O spes « et salus credentium, o decus et gloria virginum! Jesu, rex « bone, obsecro te, ut, quicumque passionis meæ memoriam

« egerit seu in exitu animæ vel in quacumque necessitate me « invocaverit, tuæ propitiationis consequatur effectum. » Factaque est vox ad eam dicens : « Veni, dilecta mea, « sponsa mea, ecce tibi cœli janua est aperta; nam et his, « qui passionem tuam devotis mentibus celebraverint, optata « præsidia promitto de cœlis. » Deinde cum decollata fuisset, de ejus corpore pro sanguine lac emanavit. » (*Légende dorée*)

V. 58-60. *Angelis fuit curæ dare corpus sepulturæ.* « Angeli autem corpus accipientes ab illo loco ad montem Sinai itinere plus quam dierum viginti deduxerunt et ibidem honorifice sepelierunt. » (*Légende dorée,* loc. cit.)

C'est en effet au mont Sinaï que fut transporté par les anges le corps de sainte Catherine. La liturgie romaine a adopté et consacré cette légende dans cette belle oraison : « Deus qui dedisti legem Moysi in summitate montis Sinai et in eodem loco per sanctos angelos tuos corpus beatæ Catharinæ virginis et martyris tuæ mirabiliter collocasti, præsta quæsumus ut ejus meritis et intercessione ad montem qui Christus est pervenire valeamus, qui vivit... » Ce transport miraculeux du corps de la sainte fait le sujet d'un des plus beaux tableaux de l'école de Dusseldorf (par H. Mucke).

V. 61-63. *Oleum ex ipsa manat...* « Ex cujus tumba indesinenter oleum manat quod cunctorum debilium membra sanat. » (*Légende dorée*, loc. cit.)

℟. Ex ejus tumb*a* marmore*a* sacrum resudat oleum quo liniti sanantur cæci; surdis auditus redd*itur* et debilis quisque sospes regred*itur*. ℣. Catervatim ruunt populi, cernere cupientes quæ per eam fiunt miracula. Surdis... (*Répons du III*e *nocturne d'un office de sainte Catherine en usage dans plusieurs diocèses.*)

Peu de saints ont reçu autant d'hommages liturgiques que sainte Catherine; c'est un des noms qui se trouvent aussi le plus souvent dans nos livres d'heures. Mais c'est la poésie

liturgique surtout qui s'est plu à célébrer les louanges de l'illustre martyre : on trouvera dans Mone (*Hymni latini*, III, 349-379) près de 30 hymnes, proses et offices rimés en l'honneur de la vierge d'Alexandrie. Cependant M. Mone n'a pas tout recueilli, et nous ajoutons volontiers à sa riche collection les deux pièces suivantes que nous croyons inédites :

I

RÉPONS ET ANTIENNES TIRÉS D'UN OFFICE EN VERS DE LA SAINTE EN USAGE DANS PLUSIEURS DIOCÈSES.

Virgo flagell*atur*; crucianda fame relig*atur*,
Carcere clausa man*et*, lux cælica fusa refulg*et*
Fragrat odor, dulc*es* cantant cœli agmina laud*es*:
℣. Sponsus amat spons*am*; Salvator visitat ill*am*.
— Fragrat odor, dulc*es* cantant cœli agmina laud*es*.
(*Ad I. vesp.*)

* * *

Specie corporis decora nimis enituit,
Sed fide pulchrior sponso superno placuit.
(*Ad mat. in I noct., ant.*)

* * *

Maxentius instat impius
Dum idolorum cultibus,
Puella voce libera
« Hæc sunt, clamat, dæmonia ; »
Et Jesum te, Christe, solum
Prædicat os virgineum !
(*In II noct., ant.*)

II

PROSE.

1

Gaude, virgo Katerina,
Qua doctores lex divina
Traxit ab erroribus ;

Gaude, pro qua tenebrosus
Carcer fuit luminosus,
  Fragrans et odoribus.

2

Gaude, convertens reginam,
Cernens rotarum ruinam
  Plebis in discrimine;
Gaude quæ tu flagellaris
Et post preces decollaris
  Fundens lac pro sanguine.

3

Gaude, Sina quæ portaris
Ubi juge veneraris
  Olei propagine.
O beata, post Mariam
Posce nobis cœli viam
  In supremo culmine;
Hæc cum tibi præsentamus,
Fac ut tecum gaudeamus
  In cœlesti lumine!

(*Ms.* 1196 *de l'an. fonds fr. à la B. I.*)

LXXXIX

POUR LA SAINTE VIERGE

AU TEMPS DE NOEL [1]

NOTICE BIBLIOGRAPHIQUE

I. La prose suivante est attribuée à Adam : 1° par la notice de Guillaume de Saint-Lô; 2° par les Annales *de Jean de Thoulouse qui reproduit cette notice en la confirmant; 3° par le manuscrit* 577 *du fonds de Saint-Victor.*

II. Le texte manuscrit s'en trouve dans ce même manuscrit 577.

III. Le texte imprimé s'en trouve sans nom d'auteur *dans les* Hymni latini *de Mone, qui l'a publiée d'après un manuscrit allemand* (II, 87).

IV. La notice de Guillaume de Saint-Lô indique cette prose pour la fête de l'Assomption. (*Mss.* 842, 1037 *de S.-V., etc.*)

[1] NOTA. Nous avons renvoyé à la fin du *Propre des saints* toutes les proses en l'honneur de la Vierge, qui n'avaient pas leur place exactement marquée dans ce *Propre*, la plupart de ces proses pouvant indistinctement se chanter à toutes les fêtes de la mère de Dieu.

TEXTE D'ADAM

1

ANTE thorum virginalem,
Hymnum dicat spiritalem
Per orbem Ecclesia
In quo jacet,
Sicut placet, 5
Verbum Patris,
Suæ matris
Salva pudicitia.
Per hoc Verbum incarnatum,
Genus Adæ reparatum 10
Redit ad cœlestia.

2

Fide duce inquiratur,
Diligenti referatur
Studio per singula
Quid de Matre prædicetur, 15
Quid de Verbo recitetur
Per vatum oracula.

3

Isaïas loquitur :
« Virga Jesse oritur ;
« Surget flos de virgula ! » 20
Virga notat virginem
Et flos Deum-hominem
Reparantem sæcula.

4

Daniel, dic clara fronte :
« Hic abscissus est de monte 25
« Lapis frangens statuam. »
Mons est virgo, lapis Verbum
Destruens regnum superbum
Per legem perpetuam.

5

Manu fortis qui prædicit, 30
Qui Goliam fortem vicit
In funda et lapide,
Fide bella superavit,
Pressit hostes, vires stravit
David gentis perfidæ. 35

6

Funda caro, Verbum lapis ;
Si quod dico nondum sapis
Crede tamen omnia.
Jam de terra Veritas
Orta est, nec castitas 40
Incurrit contagia.

7

O quam sanctus partus iste
In quo nihil fuit triste,
Immo plenus gaudio !
Præter morem hic est partus ; 45
Nullus dolor gravat artus
Virginis de filio.

8

Obumbravit
Et sacravit
Partum illum 50
Tam tranquillum
Plenitudo gratiæ,
Ut exiret
Et prodiret
Homo magnus, 55
Verus agnus
Geminæ substantiæ.

9

Ad delenda mortis jura,
Carnis nostræ cum natura,
Intra claustra latet pura 60
Genitricis Mariæ.
Ortus Christi pacem donat;
Puer jacet, et coronat
Mansuetos, ut deponat
Filios superbiæ. 65

10

Gratia illuminati,
Ad præsepe regis nati
Qui verba libri signati
Solus potest legere,
Canticum novum cantemus, 70
Virginis partum laudemus,

Novum ducem adoremus
Qui nos venit quærere !

11

Ergo, nostri reformator,
Esto nostri miserator, 75
Christe pater, quos salvasti,
Quorum mentes tu signasti
Vultus tui lumine,
Ut ad regnum perducamur,
Quod futurum præstolamur 80
Et lætemur tuæ pacis
Quam tu bonis benefacis
De beatitudine. Amen. 83

VARIANTES

V. 19. *Nascitur* (Texte de Mone).
M. Mone, au vers 34, donne :

Pressit hostes, *viros* stravit
David *gentes* perfide.

Notre leçon est de beaucoup la préférable.
Au vers 42, M. Mone donne une leçon inadmissible :

O qūam sanctus *pater* iste.

C'est un non sens d'une telle force qu'on peut se demander si M. Mone a bien lu.
Vers 59 : *Quam* natura... Vers 60, *Tegit*. (Texte de Mone.)
V. 76. *Christe Jesu*. (Ms. 577.) — V. 82. *Quando bonis*. (Texte de Mone.)

NOTES

V. 18-23. *Isaïas loquitur : Virga Jesse oritur, surget flos, etc.* V. Isaïe, XI, 1-2, saint Paul, ad Rom. XV, 12. — V. la note du vers 25 de la prose : *In excelsis canitur.*

V. 24-29. *Daniel dic clara fonte : Hic abscissus est de monte lapis...* V. Daniel, II, 34 et ss. V. la note du vers 16 de la prose : *In excelsis canitur.*

V. 30-37. *Manu fortis qui prædicit... Manu fortis* est la traduction du mot *David.* David est la figure du Christ : « David, *fortis manu*, Christus. » (S. MELITONIS CLAVIS.) Goliath, c'est Satan, c'est le mal. La fronde où David a mis la pierre funeste au géant, c'est la chair où le Verbe a mis sa divinité qui a renversé le démon.

V. 46-47. *Nullus dolor gravat artus virginis de filio...* V. la note des vers 37-40 de la prose : *Ave virgo singularis, mater...*

V. 68-69. *Qui verba libri signati solus potest legere...* V. l'Apocalypse, chap. V, versets 1-9.

XC

POUR LA SAINTE VIERGE

AU TEMPS DE L'ÉPIPHANIE

NOTICE BIBLIOGRAPHIQUE

I. La prose suivante est attribuée à Adam : 1° par la notice de Guillaume de Saint-Lô ; 2° par les Annales *de Jean de Thoulouse qui reproduit cette notice en la confirmant ; 3° par le P. Simon Gourdan ; 3° par le manuscrit* 577 *du fonds de Saint-Victor.*

II. Le texte manuscrit s'en trouve dans ce même manuscrit 577 sous le nom de l'auteur, et sans attribution *dans les missels et graduels de Saint-Victor.*

III. Elle est inédite.

IV. Les manuscrits qui renferment la notice de Guillaume de Saint-Lô donnent cette prose comme devant être chantée aux fêtes de l'Assomption. Mais les manuscrits liturgiques de Saint-Victor témoignent qu'on la chantait pour l'octave de l'Épiphanie.

TEXTE D'ADAM

1

VIRGO, mater Salvatoris,
Angelorum grata choris,
Intus fove, serva foris
Nos benignis precibus ;

Protulisti, virga, florem, 5
Cujus floris in odorem
Sancti currunt per amorem
Piis cum muneribus.

2

Tria dona reges ferunt :
Stella duce regem quærunt, 10
Per quam certi semper erunt
De superno lumine,
Auro regem venerantes,
Thure Deum designantes,
Myrrha mortem memorantes, 15
Sacro docti Flamine.

3

Dies iste jubileus
Dici debet quo Sabæus
Plene credens quod sit Deus
Mentis gaudet requie ; 20
Plebs Hebræa jam tabescit ;
Multa sciens, Deum nescit,
Sed gentilis fide crescit,
Visa Christi facie.

4

Synagoga pridem cara, 25
Fide fulgens et præclara,
Vilis jacet et ignara
Majestatis parvuli ;
Seges Christi prius rara,

Mente rudis et amara, 30
Contemplatur luce clara
Salvatorem sæculi.

5

Synagoga cæca, doles,
Quia Saræ crescit proles,
Cum ancillæ prolem moles 35
Gravis premat criminum :
Tu tabescis et laboras;
Sarah ridet dum tu ploras
Quia novit quem ignoras,
Redemptorem hominum. 40

6

Consecratus patris ore,
Jacob gaudet cum tremore :
Tu rigaris cœli rore
Et terræ pinguedine;
Delectaris in terrenis 45
Rebus, vanis et obscœnis;
Jacob tractat de serenis
Et Christi dulcedine.

7

Unguentorum in odore
Sancti currunt cum amore 50
Quia novo fragrat flore
Nova Christi venia.
Ad peccatum prius prona,
Jam percepit sponsa dona,

Sponsa recens, et corona 55
Decoratur aurea.

8

Adstat sponsa regi nato
Cui ritu servit grato
In vestitu deaurato,
Aureis in fimbriis : 60
Orta rosa est ex spinis,
Cujus ortus sive finis
Semper studet in divinis
Et regis deliciis.

9

Hæc est sponsa spiritalis, 65
Vero sponso specialis ;
Sponsus iste nos a malis
Servet et eripiat :
Mores tollat hic ineptos,
Sibi reddat nos acceptos 70
Et ab hoste sic ereptos
In cœlis recipiat. Amen. 72

NOTES

9-16. *Tria dona reges ferunt...* Les trois présents des rois mages étaient symboliques. C'est un des fragments bien rares du symbolisme catholique qui ont échappé à l'oubli et qui sont encore aujourd'hui populaires. Les enfants eux-mêmes savent que l'encens figurait la divinité de Jésus, l'or sa royauté, la myrrhe enfin sa mort et sa sépulture.

Ingressique domum puero cum supplice voto
Aurum, thus, myrrham, tres tria dona ferunt.
Quid thus designet, quid adumbret myrrha, quid aurum
Exprimat, inquire; pagina sacra docet.
Mortuus in myrrha Christus signatur; in auro
Rex; in thure Deus; sunt tria forma trium.
Huic offers myrrham? credatur mortuus. Aurum
Si regem credas, thus venerando Deum.

(PETRUS DE RIGA, *Aurora, in Evangelium. V.* 463 *et ss.* — *Spicilegium Solesmense*, II, 278.)

V. 17. *Dies iste jubilæus...* Au jour du jubilé, ceux qui s'étaient enrichis depuis cinquante ans par des achats ou d'autres transactions devaient se dépouiller de tous ces *acquêts* et les restituer à leurs anciens propriétaires. Ces derniers, appauvris souvent par de mauvaises affaires et presque misérables, rentraient alors dans leurs anciennes possessions et retrouvaient leur première fortune. (V. le Lévitique, c. XXV.) Ce jubilé est l'image de ce qui arriva lors de la prédication de Jésus : les Gentils, qui avaient été depuis longtemps privés du dépôt de la Vérité, se virent, quand sonna l'heure de ce grand jubilé, appelés tout à coup à la possession de cette vérité toute entière, tandis que les Juifs qui, pendant de longs siècles (figurés par les 49 années qui précédaient le jubilé), avaient joui d'une vue plus claire des desseins de Dieu, furent ramenés tout à coup à la même condition que les Gentils et ne reçurent plus aucune grâce particulière. Juifs et Gentifs, tous eurent désormais la même fortune et les mêmes droits; c'est la Loi nouvelle qui commençait.

V. 34. *Saræ crescit proles...* Agar, la servante d'Abraham, qui fut féconde avant Sarah, c'est la Synagogue qui, avant l'Église, donna des enfants à Dieu. Mais Sarah enfanta dans sa vieillesse et bientôt, devant son fils, fut chassé le fils

d'Agar; Agar dut fuir elle-même. Sarah, c'est l'Église devant laquelle, dès qu'elle fut féconde, fut chassée la Synagogue, mère du peuple juif.

V. 41. *Consecratus patris ore Jacob gaudet...* Au chapitre XXVII de la Genèse, Jacob se fait passer par Esaü afin de recevoir la bénédiction de son père Isaac. Ce dernier lui dit : *Det tibi Deus de rore cœli et de pinguedine terræ abundantiam frumenti et vini.* (V. 28.) Jacob est l'image du peuple juif qui fut comblé sur la terre des plus précieux bienfaits de Dieu. Mais quand ce même peuple, enivré par sa prospérité, n'éleva plus son esprit vers celui à qui il la devait, quand il devint tout *terrestre*, Jacob cesse d'être sa figure pour devenir celle de l'Église.

V. 49-50. *Unguentorum in odore sancti currunt...* « Trahe me, post te curremus in odorem unguentorum. » (*Cantic.* I, 3.) Ces parfums ici sont les grâces spirituelles que devait partout répandre à sa suite l'épouse de Jésus-Christ, l'Église.

V. 57. *Adstat sponsa regi nato in vestitu deaurato.* « Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato. » (*Psalm.* XLIV, 10.) Cette reine, cette épouse, c'est l'Église. Mais on peut l'entendre aussi de la vierge Marie, à laquelle s'appliquent souvent les figures de l'Église.

V. 61. *Orta rosa est ex spinis...* La rose qui sort des épines, c'est la vierge Marie qui sortit du peuple juif. « Sicut spina rosam, genuit Judæa Mariam. » (Dans HUGUES DE SAINT-VICTOR, début du *Sermon* 65. Il continue ainsi) : « Plebs antiqua,... plebs Israelitica quasi arbor quædam fuit quæ in Abraham radicem habuit, et in Isaac et Jacob stipitem produxit et se erexit, ac in duodecim patriarchis et filiis eorum ramos ac ramusculos multiplicavit. Quæ quidem propter pinguedinem fidei ac justitiæ Abrahæ, Isaac ac Jacob et quorumdam qui ex ipsis sunt geniti, olea vel vitis in quibusdam Scripturæ locis meruit appellari, sed ob quorum-

dam, immo multorum, ex eis procedentium pravitatem *spinæ* potissimum potest comparari... Sed dicamus quomodo beata Maria per *rosam*, id est ipsum florem significetur. In rosa quatuor discerni posse videntur, scilicet natura, forma, color et odor. Natura est rosa frigida, forma lata, colore alba aut rubra, odore grata : per naturam ergo significat vitiorum exstinctionem, per formam charitatem, per colorem puritatem et passionem vel certe compassionem, per odorem bonam opinionem. Quæ cuncta (excepta corporali passione) beatæ Mariæ... rectissime congruunt.» (HUGUES DE SAINT-VICTOR, *Sermon* 65.)

V. 65. *Hæc est sponsa spiritalis.* Marie est tout à la fois fille, épouse et mère de Dieu, fille du Créateur, épouse du Sanctificateur, mère du Rédempteur. «Sponsa [est Maria] fide, amica dilectione, mater fecunditate, virgo integritate, domina dignitate, regina majestate.» (HUGUES DE SAINT-VICTOR, *Sermon* 34.)

XCI

POUR LA SAINTE VIERGE

AU TEMPS PASCAL

NOTICE BIBLIOGRAPHIQUE

I. La prose suivante est attribuée à Adam : 1° *par la notice de Guillaume de Saint-Lô ;* 2° *par les* Annales *de Jean de Thoulouse ;* 3° *par le P. Simon Gourdan ;* 4° *par le manuscrit* 577 *du fonds de Saint-Victor.*

II. Le texte manuscrit s'en trouve sous le nom de l'auteur *dans ce même manuscrit* 577, *et* sans attribution : 1° *dans les missels et graduels de Saint-Victor ;* 2° *dans ceux de Sainte-Geneviève ;* 3° *dans ceux de Langres ;* 4° *dans ceux de Cluny ;* 5° *dans ceux de Leyde, etc. ;* 6° *dans un antiphonaire du* XIIe *siècle provenant sans doute de l'abbaye de Montierender et conservé aujourd'hui à la bibliothèque de Chaumont, etc. ;* 7° *dans le manuscrit* 1139 *de l'ancien fonds latin* (*ancien manuscrit de Saint-Martial de Limoges, etc.*)

III. Le texte imprimé s'en trouve sous le nom de l'auteur : 1° *dans l'*Elucidatorium ecclesiasticum *de Clichtove, quatrième partie :* 2° *dans les notes du* Rational ou Manuel des divins offices *de Guill. Durand, traduit par M. Ch. Barthélemy* (III, 508) ; 4° *dans les* Carmina e poetis christianis excerpta *de M. F. Clément* (474). — *Ce même texte se trouve* sans attribution : 1° *dans les* Hymni latini *de Mone* (II, 231, *d'après* 2 *manuscrits*) ; 2° *dans l'*Année liturgique *de D. Guéranger*, II, 261. (*Le savant bénédictin la regarde*

à tort comme du XVe *siècle.*) — *M. Ch. Barthélemy et D. Guéranger ont donné chacun une traduction en regard du texte, et M. F. Clément vient d'en publier une troisième dans la traduction de ses* Carmina.

IV. Tous les manuscrits portent en tête de cette prose: De beata Maria, in Paschali tempore.

TEXTE D'ADAM

Préf. Virgini Mariæ laudes intonent Christiani!

1. Eva tristis abs*tulit*, — sed Maria pro*tulit* —
[natum qui redemit peccatores.
Mors et vita modulo — convenere mirando:
[Mariæ fili*us* regnat viv*us*.

2. « Dic nobis, Mar*ia*,—virgo clemens et p*ia*,—
[quomodo facta es genitr*ix*, — cum tu
[sis plasma de te nascent*is*? »
— « Angelus est *testis* — ad me missus cœl*estis*.
[— Processit ex me spes m*ea* — sed
[incredula manet Jud*æa*. »

3. Credendum est magis soli Gabrieli f*orti* —
[quam Judæorum pravæ coh*orti*.
Scimus Christum processisse de Virgine
[v*ere*; — tu nobis, nate rex, miser*ere*.
Amen.

VARIANTES

§ 1. *Quod* Maria protulit. (Texte de Mone.) — Mors et vita in Christo. (*Id.*) — § 2. Natus est ex me. (*Id.*) —

§ 3. Credendum est magis soli Mariæ veraci quam Judæorum turbæ fallaci. (*Id.*) — Ex Maria vere. (*Id.*)

NOTES

V. pour l'explication de notre manière d'écrire ces proses, la note de la prose *Martyris Victoris laudes.*

Cette prose, calquée sur le *Victimæ Paschali laudes*, n'est pas la seule qu'on ait ainsi calquée sur cette prose-type en l'honneur de la vierge Marie. Le seul missel de Cluny en renferme trois, y compris celle d'Adam. Voici les deux autres :

I.

Préf. Virgini Mariæ laudes intonant Christiani.

1. Natum corde paterno — Verbum matris utero — susci-
[pit hominem factum caro.
Claustra fregit Inferni — qui materni pect*oris* — clau-
[strum consecravit vas pud*oris*.
2. « Dicite, pastor*es*, — quid audistis, vigil*es?* — Quem
[in præsepe vid*istis?* — Quos infantis testes
[vid*istis?* »
— « Angelorum chor*os* — præsepium et pann*os*. . . . .
3. Credendum est magis voci pastorum ver*aci* — quam
[Judæorum genti fall*aci*.
Scimus Christum processisse de virgine mat*re;* — tu
[nobis, regum rex, miser*ere*.
Amen.

II.

Préf. Virgini Mariæ laudes intonant Christiani.

1. O beata Domin*a*, — tua per suffragi*a* — reconcilientur
[pecca*tores*.
Fiant per te lib*eri* — a fermento vet*eri*, — victimæ
[Paschalis percep*tores*.

2. Da nobis, Mari*a*, — virgo clemens et p*ia*, — aspectu
[Christi viv*entis* — et gloria frui resurg*entis*;
Tu prece nos p*ia* — Christo reconcil*ia*, — quæ sola
[mater int*acta* — es genitrix Verbi Dei *facta*.
3. Credendum est ex te Deum et hominem n*atum* — re-
[surrexisse glorific*atum*.
Scimus Christum surrexisse a mortuis v*ere* : — con-
[serva, mater, nos et tu*ere*.
Amen.

XCII

POUR LES FÊTES

DE LA SAINTE VIERGE

NOTICE BIBLIOGRAPHIQUE

I. La prose suivante est attribuée à Adam : 1° *par la notice de Guillaume de Saint-Lô ;* 2° *par les* Annales *de Jean de Thoulouse, qui reproduit cette notice en la confirmant ;* 3° *par le père Simon Gourdan ;* 4° *par le manuscrit* 577 *du fonds de Saint-Victor.*

II. Le texte manuscrit s'en trouve sous le nom de l'auteur *dans ce même manuscrit* 577, *et* sans attribution *dans les missels et graduels de Saint-Victor.*

III. Elle est inédite.

IV. On la chantait à Saint-Victor le samedi dans l'octave de l'Assomption, et la notice de Guillaume de Saint-Lô l'indique également comme devant être chantée pendant cette octave.

TEXTE D'ADAM

1

AVE, Virgo singularis,
Porta vitæ, stella maris,
Ave decus virginum;

Tota virgo, sed fecunda,
Casta corde, carne munda, 5
Gignens Christum Dominum !

2

Mater Ejus qui creavit,
[Qui] distinxit et ornavit
Cœlum, terram, maria,
Vivit, regnat, dominatur, 10
Cujus nullo terminatur
Fine regni gloria.

3

Cujus, ejus quid dicemus,
Quibus verbis explicemus
Nomen tanti numinis ? 15
Ejus quippe magnitudo,
Virtus, honor, pulchritudo
Cor excedit hominis.

4

Res mutando, dic, natura,
Dic, ubi sunt tua jura ? 20
Virgo parit filium,
Quæ, conceptu Veritatis,
Incorruptæ castitatis
Non amittit lilium.

5

Virgo fuit ante partum, 25
Et dum parit, et post partum,
Virgo mente, corpore.

Verbum Patris sine matre
Sancta mater sine patre
Genuit in tempore. 30

6

Virga florem, stella solem,
Coæternam Patri prolem
Virgo mater genuit;
Sol et lumen, et decorem,
Flos et fructum et odorem 35
Toti mundo præbuit.

7

Hic est enim, ipso teste,
Verum lumen et cœleste,
Cibus indeficiens,
Panis vivus mendicantis, 40
Sed credentis et amantis
Animam reficiens.

8

Eva mater per reatum
Stola vitæ spoliatum
Morti dedit hominem; 45
Culpa perit, mors recedit;
Datur salus, vita redit
Per Mariam virginem.

9

Virgo potens et benigna,
Angelorum laude digna 50
Plena Dei gratia,

Laudes tuas decantamus,
Corde tibi supplicamus :
  Dele nostra vitia.

10

Pœnitentes confitemur 55
Mala quibus promeremur
  Iram Dei vindicem :
Tu miserta tui gregis,
O regina, mater Regis,
  Placa nobis judicem. 60

11

Cara Deo, semper ora
Pro misellis et implora
  Peccatorum veniam.
Servis tuis Jesu Christi
Quem tu, Virgo, genuisti 65
  Tu reforma gratiam.

12

O Maria, Redemptoris
Creatura, Creatoris
  Genitrix magnifica,
Per te nobis reparatrix, 70
Per te fiat consolatrix
  Tua proles unica!

13

Donet nobis rectam mentem,
In adversis patientem,
  In secundis humilem, 75

Fidem puram, spem securam,
Caritatem permansuram
  Qua nihil est melius;

14

Opus veræ pietatis
Et decorem castitatis 80
  Intus et exterius,
Ut sit vita speciosa,
Sit mors nostra pretiosa
  In conspectu Domini.

15

Deo Patri Filioque, 85
Procedenti ab utroque
  Sed non temporaliter,
Regnum, decus et potestas,
Honor, virtus et majestas
  Nunc et æternaliter ! Amen. 90

VARIANTE

V. 78. Ce vers ne rime pas avec le vers 75, comme cela devrait être. Il en est de même de la strophe suivante où les deux vers de sept syllabes ne riment pas ensemble.

NOTES

V. 2. *Porta vitæ..* « Porta est gloriosa Dei genitrix et immaculata Virgo Maria de qua dicit Dominus per Ezechielem : Porta hæc... » (XLIV, 2) — « Porta, quia Christum

peperit. » (*Distinct. monasticarum* III, *de Porta.*) Le Christ n'a-t-il pas dit : *Ego sum ostium ?*

V. 7 9. *Qui creavit, qui distinxit et ornavit cœlum, terram, Maria.* Les romans de chevalerie, surtout ceux *de France*, sont pleins de ces allusions à la création. Quand après avoir publié un grand nombre de ces romans, on aura enfin l'idée d'y chercher l'expression véritable des croyances du moyen âge et de composer ainsi une exposition de la doctrine catholique tirée des poëmes nationaux, on relèvera avec soin ces expressions poétiques dont on fait suivre le nom de Dieu et qui montrent, comme les suivantes, jusqu'à quel point était devenu populaire le dogme de la création :

... Por Deu qui tot forma. (GIRART DE VIANE.)
La merci Deu qui fist ciel et rousée. (*Id.*)
... Ki a fait la mer. (RENAUT DE MONTAUBAN.)
Ki fist la rose an may. (*Id.*)
Ki le monde assoleille. (ROU.)
Ki fist lune et soleil. (*Id.*)

C'est par milliers qu'on relèverait de ces exemples.

V. 90. Cette prose si longue ne présente aucune difficulté. C'est une prière à la Vierge d'intercéder pour les péchés des hommes. On en rapprochera avec intérêt les trois pièces suivantes qui sont inédites.

I

Res nova, mirabilis,
Virgo semper amabilis,
Virgo venerabilis,
Omnibus comes utilis!

Virgo, decus virginum
Cœleste lumen luminum,
Ave, salus gentium
Firmaque spes fidelium;

Virgo cœli regia
Referta plena gratia,
Deitatis pluvia
Virgo super omnia,
Tu dele nostra vitia
Et percepta venia
Perducas nos ad gaudia.
Amen.

(*Arsenal*, *B. L. F.* 289. *Ms. de Gautier de Coincy*, *comm*[t] *du* XIIIe *siè le.*)

II

ORATIO DE SANCTA MARIA.

1

Ave, rosa vernans flore,
Virgo pregnans cœli rore,
Bysso candens plus nitore,
Mater facta miro more!

2

Conditorem per suave,
O Maria, gignens *ave*,
Dextram tende, votis fave,
Culpæ tollens onus grave.

3

[Nunc] ab imo vix respiro,
Limo fixus morsu diro;
Forma vitæ, quem suspiro
Me intende, te requiro.

4

Gemens precor sub peccatis
Nudus vestem charitatis;
Horrens formam fœditatis,
Fontem peto puritatis.

5

In te cunctis, o Maria,
Exoranda mente pia,
Charitatis patet via,
Lex virtutum et sophia.

6

Laxa nodos peccatorum,
Christi causa miserorum
Mater facta, quo reorum
Sis asylum, laus bonorum.

7

Nunc justorum assis laudi,
Peccatorum fletus audi,
Opem ferens nos exaudi,
Ne mens ulli cedat fraudi.

8

Pelle mœsta, confer læta;
Mundi regna sint quieta
Quo, letali cura spreta,
Sit vitalis vitæ meta.

9

Reple sancto nos timore,
Fide recta, spe, amore;
Sis tutela mortis horæ
Acherontis a timore.

10

Tuum nomen mihi fœdo
Perpes mentis sit dulcedo,
Vitiorum nam, ut credo,
Omnis cedet hic nigredo.

11

Christi luce me beari
Da, quam lingua nequit fari;

Immo jungens laude pari
Fac electis collætari.

12

Telo pestis cruciatur
Homo: per te quod salvetur;
Ut Deus homo laudetur
Perpes nobis regnum detur! Amen.

(*N. D.* 273 *bis.*, XIIIe *siècle.*)

III

Ave, Virgo gloriosa,
Sponsa Dei speciosa,
Summi regis thalamus
Templum Sancti Spiritus.

Creatoris omnium
Genitrix et filia
Et solamen peccatorum
Et justorum gloria.

O Maria stella maris,
Medicina salutaris
Corporum et cordium,
In hac valle lacrymarum
Sis dux et propitia,
Ut in fine, sine fine
Mereamur pervenire
Ubi sancti voce pia
Cantant : Ave Maria !
Amen.

(*Ancien fonds latin*, 5132, XIIIe *siècle.*)

XCIII

POUR LES FÊTES

DE LA SAINTE VIERGE

NOTICE BIBLIOGRAPHIQUE

I. La prose suivante est attribuée à Adam : 1° *par la notice de Guillaume de Saint-Lô ;* 2° *par les* Annales *de Jean de Thoulouse, qui reproduit cette notice en la confirmant ;* 3° *par le manuscrit* 577 *du fonds de Saint-Victor.*

II. Le texte manuscrit s'en trouve, sous le nom de l'auteur, *dans ce même manuscrit* 577, *et* sans attribution : 1° *dans les missels et graduels de l'Église de Paris ;* 2° *dans ceux de Sainte-Geneviève.— La traduction manuscrite, qui est inédite, est renfermée dans le manuscrit* 6843[2] *de l'ancien fonds français.*

III. Elle est inédite.

IV. Les manuscrits où est renfermée la notice de Guillaume de Saint-Lô, donnent cette prose comme devant être chantée aux fêtes de l'Assomption. L'abbaye de Saint-Victor la chantait le troisième jour après cette fête, Sainte-Geneviève pendant l'octave.

TEXTE D'ADAM

1

O Maria, stella maris,
Pietate singularis,
Pietatis oculo

Nos digneris intueri ;
Ne cuncteris misereri 5
Naufraganti sæculo.

2

In hac valle lacrymarum
Nihil dulce, nihil carum,
Suspecta sunt omnia :
Quid hic nobis erit tutum, 10
Cum nec ipsa vel virtutum
Tuta sit victoria.

3

Caro nobis adversatur,
Mundus carni suffragatur
In nostram perniciem ; 15
Hostis instat, nos infestans,
Nunc se palam manifestans,
Nunc occultans rabiem.

4

Et peccamus, et punimur,
Et diversis irretimur 20
Laqueis venantium ;
O Maria, mater Dei,
Tu post Deum summa spei,
Tu dulce refugium ;

5

Tot et tantis irretiti 25
Non valemus his reniti
Nec vi, nec industria :

Consolatrix miserorum,
Suscitatrix mortuorum,
Mortis rumpe retia. 30

6

Intendentes tuæ laudi,
Nos attende, nos exaudi,
Nos a morte libera;
Quæ post Christum prima sedes,
Inter Christi cohæredes 35
Christo nos annumera.

7

Jesu, mitis et benigne,
Cujus nomen est insigne,
Dulce, salutiferum,
Munus nobis da salutis, 40
In defectu constitutis
Plenitudo munerum.

8

Pater, Fili, Consolator,
Unus Deus, unus dator
Septiformis gratiæ, 45
Solo nutu pietatis,
Fac nos simplæ Trinitatis
Post spem frui specie! Amen. 48

TRADUCTION DU XVe SIÈCLE

1

Marie, estoille de mer clere,
Qui es en pitié singuliere,

De ton œil qui es si piteux,
Tu nous daignes regarder;
Aiez pitié sans demourer
Du siecle qui est perilleux.

2

En ceste tristeuse valée,
Riens n'est douce, riens n'est amée,
Il y a partout souspeçon.
Qu'a séur ou monde scéu
Quant la victoire de vertu
N'ot pas seüre mansion?

3

Nostre char nous est adversaire,
Le monde à sa part se veult traire
Pour nous faire vilennie;
L'anemi nous vient enchaussant,
Aucune fois apert monstrant,
Maintenant muce boesdie!

4

Or pechons, or sommes batus,
De divers las somes tenus
De nos anemis chaceours :
O Marie, mere Dieu franche,
Après Dieu es notre esperance
Et doulz refuy des pecheours !

5

Nous tant enlachiés nous sentons
Que deslacier ne nous porions
Par force ne par industrie;
Tu des povres conforterresse,

Par toi des mors susciterresse
Soit de mort la roiz deslachie.

6

Nous entendans à toi loer
Veuilles entendre et escouter
Et delivrer de mortel honte ;
Qui près Dieu as sieges premiers,
Entre les autres heritiers
O Jhesu Crist nous met en compte.

7

Jhesu debonnaire et benigne,
De qui le nom est noble et digne,
Douls aportant de sauvement,
[Par toi de dons] avons plenté,
Don de salut soit presenté,
Que sommes en deffaillement.

8

Pere, Filz, Reconforteour,
I. seul Dieu, .I. seul donneour
De grace et consolation,
Par seul ottroy de ta pitié,
Fai nous de simple Trinité
Avoir parfaite vision. Amen !

XCIV

POUR LES FÊTES

DE LA SAINTE VIERGE

NOTICE BIBLIOGRAPHIQUE

I. La prose suivante est attribuée à Adam : 1° *par la notice de Guillaume de Saint-Lô ;* 2° *par les* Annales *de Jean de Thoulouse, qui reproduit cette notice en la confirmant ;* 3° *par le manuscrit* 577 *du fonds de Saint-Victor.*

II. Le texte manuscrit s'en trouve sous le nom de l'auteur *dans ce même manuscrit* 577.

III. Elle est inédite.

IV. La notice de Guillaume de Saint-Lô porte en tête de cette prose : De beata Maria in Paschali tempore.

TEXTE D'ADAM

1

ORBIS totus
Unda lotus
Christiani lavacri
Ad Mariam
Matrem piam 5
Voce clamet alacri !

2

Matrem illam
Quæ mamillam
Præbuit Altissimo
Collaudemus, 10
Decantemus
Cantu jocundissimo.

3

Mater Dei,
Per quam rei
Redeunt ad veniam, 15
Seda diram
Clemens iram
Ac refunde gratiam.

4

Hostes arce,
Servis parce 20
Tibi famulantibus
Et felicem
Genitricem
Dei te fatentibus.

5

Sis adjutrix, 25
Dei nutrix,
Christiani populi,
Cujus votis
Ad te totis
Diriguntur oculi. 30

6

Natum ora
Et implora
Ne plebs ejus pereat,
Sed, ductrice
Genitrice 35
Te, ad vitam redeat.

7

Sic dic ei :
« Fili Dei
« Sed et meus unice
« Nate meus 40
« Atque Deus,
« Exorantem respice.

8

« Recordare
« Quis, et quare
« Matrem habes virginem. 45
« Causa nota
« Est et tota,
« Ut salvares hominem.

9

« Per hanc audi
« Et exaudi 50
« Te colentem populum :
« Hac spe ducta
« Nec seducta
« Te lactavi parvulum ;

10

« Exorando, 55
« Venerando,
« Deum tegens tegmine,
« Quem fovebam
